Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Illo t. dixit d. i. d. s. parabolam hanc. Math.
Simile est regnum celorum homini regi: qui uo
luit rationem ponere cum seruis suis Et cum ce
pisset rationem ponere ~~cum seruis suis~~ oblatus est ei
unus qui debebat decem milia talenta Et cum non
haberet unde redderet: iussit eum dominus uenundari
et uxorem eius et filios et omnia que habebat et reddi
Procidens autem seruus ille: rogabat eum dicens.
Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus
autem dominus serui illius: dimisit eum et debitum di
suus misit ei. Egressus autem ille: inuenit unum de con
seruis suis qui debebat ei centum denarios. et tenens
suffocabat eum dicens. Redde quod debes Et procidens
conseruus eius: rogabat eum dicens Patientiam ha
be in me: et omnia redda tibi. Ille autem noluit: sed abiit
et misit eum in carcerem donec debitum redderet
Uidentes autem conseruii eius que fiebant: contrista
ti sunt ualde: et uenerunt: et narrauerunt domino suo omnia
que facta fuerant. Tunc uocauit eum dominus suus: et ait
illi. Serue nequam: Omne debitum dimisi tibi.
quomodo rogasti me Nonne ergo oportuit et te misereri
conseruii tui. sicut et ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius: tradidit eum tortoribus quo ad usque red
deret uniuersum debitum Sic et pater meus celestis faciet